

e quindi alla guarigione, ma si ritiri l'uomo nel suo interiore, ed ivi troverà il più sicuro rifugio, nel sopportar con fermezza le avversità;

il che è opera, non già di architetti, ma di ragione e virtù.

Ma, per tornar a Nicolò, gli altri genitori risparmiino per i figli;

egli in quella vece, natogli il primo figlio, diventa prodigo e spende per il proprio piacere, pur non essendo ricco di beni materiali, ma anzi incurante di guadagnare.

Non vorrebbe certo che, a guisa di taluni genitori, Nicolò diventasse misero,

ma conviene che l'uomo aumenti il proprio patrimonio, anche senza aver figli,

e, avendone, che procuri onde poter educarli onestamente,

Non v'è infatti alcun' eredità migliore.

Lo esorta a questo fine,

morbi autem cognitio compendiosissimum prestat ad curationem iter. cuius rei causa, si latere uspiam locus est ^(a), non queret latibulum foris qui latere apud se potest; aut si quoquam est confugiendum ^(b), non est aliud angustiarum certius refugium quam equanimitas patientiaque rerum adversarum, que quidem non ope 5
fabrorum aut architecti struuntur ^(c) ingenio, sed virtutum studio et imperio rationis. in quam arcem cum se contulit animus atque in ea loca collegit, non habet unde aut merentis fortune admodum insultus expavescat aut ferientis ictus magnopere sentiat. sed ad te redeo. ceteri namque, cum primum prolem suscipiunt, pro- 10
tinus domi incipiunt avare parcere, foris anxie querere, non iam sibi delicias parare, sed opes natis posterisque ^(d) congregare. tu autem, suscepto primo filio, qui hactenus modestus ^(e) fueris, prodigus esse iam cepisti. ergo tibi nascitur ^(f) filius, et tu edificas, idque ad voluptatem, homo alias non dives nisi animi; que res 15
sine rebus ingens paupertas est; nec satis aut querendis intentus aut parvus in quesitis. hoc autem cum ita arguo, non contra tamen moneo ut cupidus esse incipias: nam neque illorum probo rationem, qui, aucti prole ^(g), habendi etiam et querendi cupiditate augentur. sed bene habet ut opulenter aliquanto patrimonium trans- 20
mittamus ad posteros, etiam nullis extantibus liberis aut proximis agnatis, quoniam ipsi a maioribus nostris accepimus; extantibus vero, ut ita provideamus, ne etate infirma ob inopiam rei ^(h) familiaris illiberaliter educari contingat, sed ut honestas artes et sequi et assequi possint ⁽ⁱ⁾. quibus profecto querendis multo nocere plus 25
solet opulentia quam paupertas. has ut sibi asciscant, omni nixu elaborandum est. nulla enim amplior hereditas, nullum tutius patrimonium, nulle prestantiores opes parari liberis aut relinqui possunt, nulla maior gloria transmitti valet ad posteros. hec te moneo facere et curare. 30

(a) B³ P Ra uspiam notus est (b) B P Ra fugiendum ma in B corretto da recente mano in confugiendum (c) PM c. 44 in marg.: « Alius codex videtur habere acuuntur, « licet obscura scriptura », ma la lezione di P sembra piuttosto arceantur, onde Ra dà arūntur (o qualcosa di simile). (d) P sed natis opes posterisque (e) In B³ l'epistola s'arresta dopo modestus in calce della pagina. (f) B nascetur (g) B qui aucti prole (h) P infirma hos inopia rei (i) P possent